

**3386** lapis Tiburtinus litteris temporis liberae reipublicae (triglyphis et metopiis doricis exornat eum BON.; sed illa, si umquam fuerunt, iam perierunt). Rep. anno 1855 vel 1856 in via vetere Praenestina *nello scavare il selciato antico passato la Stella BONANNI*, similiter CIC. Extat, sed mutila, eodem fere loco quo reperta est, in vinea Laurentii Cicerchione, via vetere Praenestina, tribus fere millibus pass. a Praeneste.

M · TVLLIVS · M · L  
 CHILO  
 TREBIA · M · F · VXOR  
 M · TVLLI · M · L · PROTI · F  
 M · TVLLIVS · NIC<sup>hor</sup>

Descripsi ea quae dantur litteris rectis. Habent Cicerchia ms. (inde ut videtur derivatum est exemplum actorum apud ministrum commercii pontificium olim adservatorum); Bonanni ms. (ab hoc acceptam edidit Garrucci *Venafro* p. 9).  
 1 fin. M·L·F Cic., nunc F non extat, neque ibi umquam fuisse in re praesenti adnotavi, cum lapis eo loco integer sit. — 3 TREBIAE Cic., non recte. — 4 post PROTI enotavi fragmentum (omissum et a Cic. et a Bonannio) litterae quae et F potest fuisse et I.

**3387** Praeneste in horto Fantoniorum BARB. SVAR. BIANCH. Apud Ceconium CECC. In atrio domus Petriniorum PETR. ibique extat.

D · M  
 A · VALERIVS · FORTVNA  
 TVS · SIBI · ET · VALERIAE SORO  
 RI · ET · NERIANAE · INGENVAE  
 5 ET · LIB · LIBERTABVSQ · POSTERISQ ·

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Primum legitur manu ignota scriptum una cum n. 2878 in cod. Barb. 29, 148 et inter Suaresiana Vat. 9140 f. 275. Descripserunt deinde Bianchini cod. Ver. 353 f. 60; Ceconi p. 180; Petrini p. 382 n. 93.

**3388** prope Praeneste nuper rep.

DIS · MANIBVS  
 L · VALERIO · LVCI  
 · FILIO · PALATINA  
 STASIMIANO ·  
 5 VIXIT · ANNIS ·  
 XXX · MENSIBVS · VII  
 FLAVIA · TITI · FILIA  
 STASIME · MATER · FECIT

Descripsit Stevenson ad ectypum quod dedit Vinc. Cicerchia. Mihi P. Cicerchia dedit anno 1881 descriptam ab aliis.

**3389** lapis marmoreus rotundus litteris bonis facile liberae reipublicae, extat ibi ubi n. 3386, repertus ut videtur una cum illo.

TI · VARINIVS · TI · L · DIOPLVTVS  
 MARCIA · T · L · CHRYSARIO · VXSOR  
 AVFIDIA · GN · L · TYRANNIS VXSOR  
 T · CASSIVS · T · C · L · ANTIOCHVS

Descripsit de Rossi, recognovi ipse. Cicerchia ms.; Bonanni ms.

**3390** Praeneste nell' atrio della mia casa PETR. Ibi extat.

TESTAMEN<sup>to</sup>  
 uarrONI · L · F · MEN  
 NDVM L  
 TQVE · C · VAR<sup>onius?</sup>

Descripsi post Rossium. Petrini p. 344 n. 47.

**3391** Praeneste in villa Frattini.

TIAE · VENERIAE  
 EVENI ET · L  
 TI · ATHENAI · L

Descripsi post Rossium.

**3392** ingens marmor eleganter insculptum optimis litteris. Via Praenestina primo ab Praeneste lapide ROSS.; rep. in ea via munienda CIC.

L · VIBRIO · L · F · ANI · VEMENTI  
 A · SICINIO · OL · FAVSTO  
 SICINIA · A · I · TECHNE  
 VXOR

Descripsit de Rossi. Cicerchia ms. (inde ut puto derivatum est exemplum actorum laudatorum ad n. 3387).

**3393** Praeneste.

D · M · SACRVM  
 M · VLPIVS · AVG · LIB · NESYCHus  
 ACILIAE · EVTICHIAE · Matri  
 PIENTISSIMAE · ET · ACILIAE  
 5 VICTORIAE ... SORORI  
 P · · SVAE · · · · ·

Servavit Ceconi p. 173 (inde Petrini p. 359 n. 15).

2 ESYCH... traditur. — 3 EVTIAE Cecc. p. 173, EVTICHIAE in calce libri inter errores correctos.

**3394** Cavi in ecclesia S. Stefani MET.; Cavis in horto p(atrum) Augustin(ianorum) in urna marmorea SVAR.

D · M  
 VLPIAE · SMYRNAE  
 I CAMIDIENVS · PLOCA  
 MVS · VXORI · BENE ME  
 5 RENTI CVM qVA · VI  
 XIT · AN · · · · · I · DIES  
 XV · · · · · I ·

Anonymus in schedis Metelli cod. Vat. 6037 p. 48; Suaresius cod. Vat. 9140 f. 270, de visu ut videtur.

1 om., 2 SMIRNAE Met. — 3 in. 1 (pro L) traditur. — 3. 4 PIOCA|MVS, 4 BEN. (pro BENE) Met. — 5 AVA (pro QVA) traditur. — 6 A...DIEB Suar.

**3395** pars superior cippi marmorei originis fortasse, ut suspicatus est Rossius, urbanae. Praeneste in villa Frattinia ROSSI. Ibi ego frustra quaesivi.

VMBRICIAE

Descripsit de Rossi.

**3396** basis marmorea PENN. CECC. Prostrata sub foribus seu fornice portae Praenestinae quae dicitur *della Nunziata* PENNAZZ. Praeneste in viridario Fantoniorum BIANCH. Locum non indicat CECC.

DIS MANIBVS  
 VOLVSI AE  
 COMICES  
 CONIVGI  
 5 OPTIMAE  
 SVCESSVS  
 CAESAR · N · SER  
 AEGESTIANVS

Pennazza ms., qui dicit se descripsisse 'abluto saepius lapide', exhibet bis; Bianchini cod. Ver. 353 f. 60; Ceconi p. 91 (inde Petrini p. 355 n. 3), qui non dicit se vidisse neque alium auctorem laudat, habuit puto ex schedis primariis Pennazzae.

1 DIIS Cecc. — MANIB Bianch. — 3 COMICES Cecc. in 'erratis et corrigendis' in calce libri adiectis, COMIGES Penn., CO...CES Bianch., CORNICES Cecc. p. 91 errore typographi. — 4 om. Cecc. — 7 N om. Cecc. — S·F·R Pennazz. — 8 AEGESTIANVS Pennazz., AEGESTIANVS Cecc., APG...NANVS Bianch.

**3397** cippus marmoreus, in vinea Tranquilli, via Praenestina *passato S. Pastore a sinistra*.

d	M	
	VRBICO · FILIO	
	IMO · QVI · VIXIT	
annis	VI MESIBVS VIII	Descripsit
dieb..		Stevenson.

**3398** Praeneste in S. Maria de Villa ... in pavimento incisum esse lapidibus VRSIO, alibi DVLCITIA, alibi <sup>MA</sup>CCOP ait Suaresius cod. Vat. 9140 f. 237'. De secundo ex his fragmentis cf. supra n. 3338 et infra n. 3424.

**3399** tabula marmorea. Prope Valmontone in loco quo Veium [sic] ponitur, reperta a. 1769 MAR. (Vat. 9131). Valmontone in aedibus Doria CARD. et adhuc. Cf. ad n. 2987.

VSONIA M · F  
 EX TESTAMENTO HS

Descripsit de Rossi, recognovit a me rogatus Vinc. Cicerchia. Legitur primum manu mihi aliunde ignota inter Mariniana cod. Vat. 9127 f. 269 (inde ut puto repetivit Marini Vat. 9131 f. 192 laudans Lodovichettium). Habent deinde Cardinali *dipl.* n. 544; Marocco *mon.* 9 p. 416; Bertarelli *l'antico e nuovo Labico* p. 36.

**3400** fragmentum marmoreum. Prope Praeneste in agro *alle Tende, casale Baldi*.

COP  
 EXT  
 AR  
 ERON  
 5 ATHAN

Descripsit olim Petrus Rosa; nuper per Stevensonium habui exemplum Alexandri Sbardellae Praenestini.

1 COI Sbard. — 5 ATHA Rosa.